

1624.

causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. Novembris 1624. Pontificatus nostri Anno Secundo.

LXXXIX.

Beatificatio Venerabilis Servi Dei Francisci Borgia Societatis Jesu cum Indulto recitationis Officii, ac Missae celebrationis.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN Sede Principis Apostolorum, nullo meritorum nostrorum suffragio, a Domino constituti, piis fidelium votis, quibus virtutum largitor in servis suis honorificatur, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis.

§.1. Cum itaque, sicut dilectus filius noster Gaspar tituli Sanctae Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis Borgia nuncupatus Nobis nuper exposuit, Venerabiles Fratres nostri Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales Sacris Ritibus praepositi causam Servi Dei Francisci Borgia olim Ducis Gandiae, ac postea Religiosi professi, & Tertii Praepositi Generalis Societatis Jesu a tribus Rotae Auditoribus instante clar. mem. Philippo III. Hispaniarum Rege Catholico, nec non Regnarum ejusdem Philippi Regis Proceribus, Civitatibus, Universitatibus, ac demum Praeposito generali ejusdem Societatis, & deinde de mandato nostro ab eisdem Cardinalibus, referente dilecto filio nostro Francisco tituli S. Angeli in foro Piscium Diacono Cardinali Boncompagno nuncupato discussam, cum de validitate Processuum, sanctitate vitae, ac denique de miraculis sufficienter constare pronunciaissent, in tali statu censuerint habendum, ut ad solemnem ipsius Servi Dei Canonizationem, quando-cumque deveniri possit.

§.2. Gaspar vero Cardinalis, ac Praepositus, & Presbyteri dictae Societatis pro eo, quem erga eundem Dei servum Franciscum Borgiam gerunt devotionis affectum, illum Beatum nuncupari, ac Officium, & Missam de eo, donec ad illius Canonizationem deveniatur, recitari summo opere desiderent.

§.3. Nos piis Gasparis Cardinalis, ac Praepositi Generalis, ac Presbyterorum praedictorum votis, quantum cum Domino possumus, annuere, illosque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, ac singulares Praepositi, & Presbyterorum praedictorum personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de eorundem Cardinalium Sacris Ritibus Praepositorum consilio, ut idem Dei servus Franciscus Borgia Beatus nuncupari, deque eo ab omnibus dictae Societatis Jesu Religiosis ubique existentibus, necnon in Ditionibus familiae illorum de Borgia ab omnibus Sacerdotibus, tam secularibus, quam regularibus Kalendis Octobris ipso nuncupato die sui obitus Missam celebrari, ac Officium de communi Confessorum non Pontificum recitari juxta Rubricas Missalis, & Breviarii Romani respective libere, & licite valeant, apostolica auctoritate, tenore presentium, perpetuo concedimus, & indulgemus.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut presentium transumptis etiam impressis Secretarii ipsius Societatis, vel Notarii publici manu subscriptis, & persona alicujus in dignitate ecclesiastica constituta sigillo munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique locorum adhibeatur, quae presentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. Novembris 1624. Pontificatus nostri Anno Secundo.

X C.

Facultas Commissario Cruciae Regnorum Hispaniarum publicandi etiam typis Literas Apostolicas super Indultis ejusdem Cruciae emanatas.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Nuper a Nobis emanarunt Literae tenoris subsequentes videlicet Charissimo in Christo Filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico. Urbanus Papa VIII. Charissime in Christo &c. Alias sel. rec. Pius Papa V. &c.

§.2. Nunc autem faciliiori eorundem gratiarum executioni, quantum cum Domino possumus, providere volentes, supplicationibus etiam dicti Philippi Regis nomine

Pontifex V. Franciscum Borgia appellari posse

Et Officium recitari, ac Missam celebrari de eo in dulget.

Obstantia rel. lit.

Transumptis que credi jubet.

Dat. die 23. Nov. 1624. An. II.

Ex Regest. in Secret. Brevo.

Recensetur Literae Concessionis Cruciae.

Facultas Commissario Cruciae, de qua in Rubrica.

Dat. die 23. Nov. 1624. An. II.

Ex Regest. in Secret. Brevo.

Pravis Decretis Congreg. Ricium.

Et instante Praeposito Societ. Jesu.

mine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eidem Didaco Patriarchae moderno, & pro tempore existenti gratiarum praedictarum Executori, & Commissario dicta auctoritate deputato praesertim Literas nostras cum omnibus, & singulis in eis contentis modo, & forma, quibus aliae nostrae, & Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum hujusmodi Literae super dictarum gratiarum spiritualium, & temporalium per eundem Pium Praedecessorem concessarum, ut praefertur, prorogatione expediri solita publicari consueverunt, publicandi, illasque simul cum eisdem Literis, vel separatim singulis annis imprimendi, seu imprimi faciendi, eleemosynamque per eos, qui gratis per praesertim Literas nostras hujusmodi concessis uti voluerint, largiendam, sine tamen praedictae eleemosynae ratione gratiarum spiritualium, & temporalium per dictum Pium Praedecessorem concessarum hujusmodi, & a diversis Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris, ac etiam a Nobis prorogatarum, ut praefertur, dari consuevit, juxta earundem primarum gratiarum tenorem, & formam taxandi, seu declarandi, apostolica auctoritate praedicta, tenore presentium, plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur.

§.3. Non obstantibus praemissis, ac omnibus illis, quae in Literis nostris praedictis volumus non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die tertia Decembris 1624. Pontificatus nostri Anno II.

X C I.

Cavetur, quominus officia tam oneris, quam honoris in Collegio Sancti Francisci de Paula in Regione Montium de Urbe pro Fratribus Ordinis Minimorum Provinciae Calabriae erecto, ab aliis, quam ab ejusdem Provinciae Fratribus exerceantur.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Inter cetera cordis nostri desiderabilia, ea quoque ex debito pastoralis Officii nostris humeris, licet imparibus, divina dumtaxat dispositione impositi non modice Nos urget cura, ut inter Christianifideles quoslibet, praesertim Religiosas personas sub suavis unius, & ejusdem instituti jugo, & Charitatis vexillo, Altissimo famulantes, praesertim discordiarum, & zizaniarum inimici hominis secentorum aditu, pax, & concordia vigeant, piorum testantium voluntates adimpleantur, & inviolabiliter observentur, ac Regularium loca ad divinum cultum propagandum, & ignorantiae cali-

Derogatio contrariorum

Dat. die 8. Dec. 1624. An. II.

Exordium.

ginem discutiendam, sacraeque paginae doctrinam, qua mediante uberiores in vinea, dextera Domini plantata, fructus colligi, & animarum salus procurandique noscuntur adipiscendam, libere destinata, promoventur: & propterea quae successu temporis aliquid contra desideriorum nostrorum hujusmodi dispositionem ausu temerario fieri, vel attentari contingat, sacri Apostolatus officii nostri partes interponimus, ac alias ultro disponimus, prout rerum, temporum, locorum, & personarum qualitatibus debite pensatis, conspiciamus in Domino validius expedire.

§.1. Cum itaque, sicut Nobis innotuit, quondam Joannes Pizzullus presbyter, dum vixit, Calaber ex oppido Reginae Bisiniana, diocesis oriundus, Urbis tamen incolae, & civis, pio charitatis affectu, & spirituali erga Nationem Citerioris Calabriae benevolentia, & amore ductus, in ultimo per eum condito, sub cujus dispositione ab humanae decessit, testamento, in omnibus suis mobilibus, & immobilibus, ac semoventibus bonis, juribus, actionibus, creditis, aliisque quibuscumque quomodolibet nuncupatis, & qualificatis, dilectos filios Correctorem, & Fratres, seu Conventum domus Regularis Sancti Andreae de Fratre nuncupat. de Urbe, Ordinis Fratrum Minimorum Sancti Francisci de Paula haeredes suos universales instituerit, & inter cetera ordinaverit, quod summa sex mille scutorum monetae ad minus in emptionem aliqujus fundi in praedicta Urbe per dictos Correctorem, & Fratres, sive Conventum impendi, & in ipso fundo Ecclesiam sub invocatione ejusdem Sancti Francisci de Paula, cujus Hospitio, seu Collegio extrui, ac in eodem Hospitio, seu Collegio Fratres Ordinis, & Nationis praedictorum studiorum causa recipi, & commorari, illisque de victu, & aliis ad studiorum prosecutionem necessariis provideri, & ad eum effectum, ac pro servitio, & usu solum dictorum Fratrum Studentium omnes alii redditus hereditatis suae erogari, & converti deberent, ac omnem bonorum dictae hereditatis in toto, vel in parte alienationem ex quacumque etiam urgentissima causa prohiberent, volens, quod bona hujusmodi semper ad effectum, ut ex fructibus inde pro tempore provenientibus in dicto Hospitio, seu Collegio Fratres Studentes Ordinis, & Nationis hujusmodi manuteneri, & ali possint, & debeant, conservarentur: quodque numerus ipsorum Fratrum fructibus hujusmodi, & expensis pro eorum manutentione necessariis, ad arbitrium Cardinalis Protectoris Ordinis, & executorum testamenti hujusmodi pro tempore existentium corresponderet, seu proportionatum esset, necnon inter ipsos Fratres Studentes, eos, qui quovis modo domum maternam dicti testatoris, videlicet illorum de Grilli, etiam usque ad quartum gradum exclusive consanguinitate attigerint, & deinde eos, qui ex dicto oppido oriundi forent, ac successives illos, qui ex Provincia Calabriae Citerioris

Recensetur tenor Testamenti Joannis de Pizzulis relati in Constitutione VIII. pag. 150.

fictis, aut fiduciariis patrimonii titulis scienter se ad Ordines huiusmodi promovendi fecerint, non solum praedictis, verum etiam maioribus arbitrio nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis infligendis poenis.

Italos autem falsis Dimissio- nis promotos sibi privilegio privat.

§.3. Italos vero, si quos imposterum Clericali charactere insigniri, vel ad Minores Ordines promovendi ab alieno Episcopo cum falsis dimissiois contigerit, etiam si qualitatibus per Concil. Trident. Decretum sess. 16. cap. 23. requisitis praediti sint, nihilominus sequuta tamen prius de super Iudicis Ecclesiastici declaratione, sibi privilegio minime gaudere, sed seculari iurisdictioni, ut antea plene, in omnibus subjacere, & subiectos esse respective volumus.

Clausulas necessarias apponit.

§.4. Sicque, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, subblata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: in contrarium facien. non obstantibus quibuscumque.

Constitutionemque Pii II. contra male promotos praeservat.

§.5. Per praesentes autem Constitutioni rec. mem. Pii Papae II. Praedecessoris nostri contra male promotos edita nullatenus derogare intendimus, sed illam cum omnibus, & singulis in ea contentis, in suo robore, & efficacia permanere, perinde ac si praesentes non emanassent, decernimus.

Præsentes publicari iubet.

§.6. Ut autem praesentes literae ad omnium notitiam facilius devenire possint, volumus, quod illae, sive earum exempla in valvis Basilicarum Sancti Joannis Lateranen., & Cancellariae Apostolicae, nec non in acie Campi Florae, ut moris est, affixae omnes, & singulos, quos illae concernunt, perinde ardeant, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimata fuissent.

Earumque exemplis creditur.

§.7. Quodque earundem transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. die 11. Dec. 1624. An. II.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 11. Decembris 1624. Pontificatus nostri Anno II.

Anno 1624. Indiit. 7. Pont. SS. D. N. D. Urbani divina providentia Papa VIII. die vero 16. mensis Decembris retroscripta litera Apostolica affixa, lecta, & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranen. Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellariae Apostolicae, acie Campi Florae, per nos Alexandrum de Rochis, & Fabium Emilianum SS. D. Papae Cursores.

Brandimartes Latinus pro Magistro DD. Curf.

Præceptum Episcopo Calaguritan., & Calceaten. ut ea revocet, quae contra Clerum ipsius Dicecesis gessit, non obstanti Inhibitione Auditoris Camerae Apostolicae.

Ex Regest. in Secret. Breve.

Ven. fratri Petro Episcopo Calaguritan., & Calceaten.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ven. frater salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Nuper accepimus, quod licet dilectus filius Magister Philippus Pirovanus Cappellanus noster, & Sacri Palatii Apostolici causarum, ac infrascriptae Cause Auditor, per suas Literas inhibitorias sub Dat. Romae Prima Julii 1624. juxta stylum Romanae Curiae expeditas, & successive tibi intimatas auctoritate apostolica, & in virtute Sanctae obedientiae, ac sub certis tunc impositis poenis tibi injunxerit, & inhibuerit, ne in causa, & causis inter te, & dilectos filios Beneficiatos, & univrsum Clerum tuae Civitatis, & Dicecesis de, & super nonnullis statutis a te in Synodo Dicecesana anni 1620. promulgatis, sive illorum executione coram eo penden. aliquid innovares, nulloque impedimento esses ipsi Clero, quo minus Conventus, Congregatione vel haberet tam pro expensis liti subministrandis, quam pro aliis rebus ad causam pertinentibus deliberandis, & constituendis.

Camerae Auditor Episcopo inhiberit, ne quid innovaret in causa coram eadem pendentem inter ipsum Episcopum, & Clerum.

§.2. Nihilominus tu post intimationem dictae Inhibitionis tibi factam non nullos ex dicto Clero, ac ab eo deputatos carcerasti, poenisque, & multis affecisti.

Cui mandato cum non paruerit Episcopus.

§.3. Propterea nos cupientes praemissis occurrere, & quod dictae Inhibitioni cum effectu pareas, statumque, & merita causa, & causarum huiusmodi praesentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, fraternitati tuae sub indignationis nostrae, & aliis arbitrio nostro infligendis poenis districte praecipiendo mandamus, ut praemissa omnia, & singula post intimationem dictae Inhibitionis gesta quaecumque revoces, & Clerum praedictum in statum, in quo erat tempore dictae Inhibitionis, reponas, ac defendas, reponique, ac defendi facias, eundemque Clerum, aut illius singulares personas in Congregationibus, distributionibus, aut aliis ad hanc litem pertinentibus pertractandis, faciendis, & exequendis (dummodo Collectas a sponte contribuere volentibus dumtaxat, non autem ab invitis exigat) nullo modo impedias, & si quos carceratos detines, a carceribus relaxes, praemissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, stylo Palatii, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus.

Et Urbanus praecipit, ut quae contra inhibitionem gesserat, revocet.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 20. Decembris 1624. Pontificatus nostri Anno II.

Dat. die 20. Dec. 1624. An. II.

Ere-

Ex Regest. in Secret. Breve.

Erectio Collegii Hibernorum in Oppido Lovanii Mechlinien. Dioecesis.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN supereminenti Sedis Apostolicae speculatione, meritis licet imparibus, a Domino constituti, & intra mentis nostrae arcana revolventes, quantum ex literarum studiis catholica fides augeatur, divini nominis cultus protendatur, veritas agnoscat, & iustitia colatur, ad ea, per quae literarum studia huiusmodi ubilibet, praesertim vero in Regionibus, ubi major necessitas urget, excitentur, libenter intendimus, atque his sollicitudinibus nostrae partes propensius impartimur, prout locorum qualitate debite pensata, conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Erectio Collegii, de quo in Rubrica.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, alias a nobis me: Eugenio Archiepiscopo Dublinensi, dum vixit ducentorum, & quinque, a quibusdam vero aliis ducentorum, & quadraginta florenorum annuorum monetae Brabantiae summae pro unius Collegii Hibernorum nuncupan. in Oppido Lovanii Mechlinien. Dicecesis erectione, & institutione respective relicta, & assignata fuerint: Nos considerantes, erectionem, & institutionem Collegii huiusmodi, tam Fidei Catholicae in illis partibus conservationi, & propagationi, tum etiam Adolescentium Nationis Hiberniae in christiana pietate, ac fide sincera institutioni valde utiles, maximeque adiumenti fore: Idcirco de Ven: fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotio propaganda in univrsum mandum Fidei praefatorum consilio, motu proprio, et ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, in praedicto Oppido unum Collegium Hibernorum nuncupan. cum Cappella, seu Oratorio, ac Refectorio, communi sigillo, Bibliotheca, Archivio, ceterisque Collegialibus insignibus, ac membris, & officinis necessariis, & opportunis pro perpetuis receptione, usu, & habitatione unius Rectoris, ac competentis numeri ministrorum, & Alumnorum sive Scholarium dictae Nationis, qui inibi Christianis moribus, bonisque Literis, & ecclesiastica disciplina imbui debeant, tenore praesentium, sine tamen alicujus praedicti, perpetuo originis, & institutis.

Dos eidem assignata.

§.2. Illique sic erecto, & instituto pro ejus dote, ac Rectoris, & Ministrorum, alumnorumque, sive Scholarium sustentatione, ac onerum eis incumbentium supportatione, tam praedictas summas per dictum Eugenium Archiepiscopum, & alios, ut supra relictas, & assignatas, quam etiam alia scuta trecenta annua per Cardinales praedictos ad libitum eorum persolvenda, nec non alia omnia, & singula bona per quoscumque Christianos eidem Collegio donanda, & assignanda, ex nunc, prout possunt, Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

siquam donata, & assignata fuerint, ita quod liceat Rectori, ac Ministris, ac Alumnis, sive Scholaribus praedictis ipsorum bonorum omnium, corporalem, realem, & actuale possessionem, suo, & dicti Collegii nominibus, propria auctoritate, libere apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, fructus quoque, redditus, proventus, Jura, obventiones, & emolumenta quaecumque ex eis provenient. percipere, exigere, levare, recuperare, locare, arrendare, ac in communes dicti Collegii usus, & utilitatem convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita, perpetuo similiter applicamus, & appropriamus.

Largitio Pontificis ejusdem favore.

§.3. Praeterea Cardinales praedictos onere solutionis trecentorum scutorum praedictorum aliqua ex parte levare volentes, Collegio per praesentes erecto huiusmodi summam mille scutorum auri per dilectum filium modernum Comitem de Issemburgh occasione dispensationis matrimonii inter ipsum, ac dilectam in Christo filiam Carolinam natam dilecti etiam filii Nobilis viri moderni Comitis de Arembergh Ducis Arescotani contrahendi per Nos illi concessa in manibus Ven: fratris Petri Francisci Archiepiscopi Patracensis nostri, & Apostolicae Sedis in Belgicis Ditionibus Nuncii persolutam, auctoritate, & tenore praedictis damus, & elargimur, eademque mille scuta investiri, ac pro rata redditus, qui ex eis a Collegio praedicto percipietur, de summa trecentorum scutorum per dictos Cardinales annuatim ad eorum beneficium eidem Collegio, ut supra persolverent, ita ut non trecenta scuta integra, sed tanto minus, quanta erit summa redditus ex scutis mille huiusmodi a dicto Collegio percipiendi, solvantur, minui, & detrahi volumus, & mandamus.

Clausula.

§.4. Decernentes praesentes Literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio Contrariis.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.
Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 14. Decembris 1624. Pontificatus nostri Anno II.

Dat. die 14. Dec. 1624. An. II.

Clausula.

textu, colore, vel ingenio, & ex quacumque etiam leſtura, & ſtudii cauſa per ſe, vel alios deputare, & aſſumere, ſeu in Collegio huiusmodi manutendos, & alendos mittere, aut in illis conſignare, ſeu deponere, aut deputari, aſſumi, mitti, conſignari, & deponi facere quomodolibet audeant, ſeu praeſumant, motu, deliberatione, ac de poteſtatis plenitudine, necnon auctoritate, & tenore ſimilibus diſtrictius praecipimus, & inhibemus.

§.7. Decernentes, praesentes noſtras Literas, etiam ex eo, quod diſtus Miniſter Generalis, dilecti filii Provinciales, ac Superiores praedicti, alique quicumque in praemissis intereſſe habentes, vel habere praetendentes illis non conſenſerint, ad eaque vocati, & cauſa propter quas illa ſiant, examinata, iuſtificata, aut alias approbata non fuerint, ſeu quovis alio praetextu, ex quacumque quantumvis legitima, & iuridica cauſa de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtrae, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in juſ, vel controverſiam vocari, ad viam, & terminos iuris reduci, aut adverſus illas quodcumque iuris, gratiae, vel facti remedium impetrari, aut concedi non poſſe, neque ſub quibulvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus per quocumque Romanos Pontifices ſub quibulvis tenoribus, & formis, ac cum quibulvis clauſulis, & decretis in contrarium ſacra ſanctis comprehendit, ſed ab illis ſemper exceptas, & quoties illae emanabunt, toties in priſtinum, & eum, in quo ante praemiſſa quomodolibet erant, ſtatim, reſtitutas, reſpoſitas, & plenarie reintegratas, & de novo etiam ſub quacumque poſteriori data per diſtos Joannem Baptiſtam, & Franciſcum, ac Dionyſium, necnon Vincentium, & Michaellem, ac Paulum, & Joannem, ac Antonium, eorumque ſucceſſores ejuſdem Collegii Collegiales quando- cumque eligenda conceſſas, ſemperque validas, & efficaciſſimas eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere.

§.8. Sicque per quocumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolicum Auditorum, ac Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, diſtaeque Sedis Nuntios, ſublata eis, & eorum cuiſlibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & deſiniri debere, ac irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſciant, vel ignoranter contigerit attendari.

Executoriis designatio.

§.9. Quocirca dilectis filiis noſtris Archiepſytero Eccleſiae Lateranenſis, ac noſtro, & pro tempore exiſtentis Rom. Pont. in Urbe, ejuſque diſtricti Vicario in ſpiritualibus Generali, Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinalibus, ac venerabili Fratri Archiepſcopo Cuſentini, per Apoſtolica ſcripta

mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, eaſdem praesentes noſtras Literas, & in eis contenta quacumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte diſti Joannis Baptiſtae, & pro tempore exiſtentis Hoſpitii, ſeu Collegii huiusmodi Superiores, ac Collegialium, ſeu Religioſorum, aut alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in praemissis efficaciſſimis deſenſionis praesidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra eaſdem praesentes Literas, & in eis contenta huiusmodi, ab omnibus, ad quos nunc ſpectat, & pro tempore ſpectabit quomodolibet in futurum, inſviolabiliter obſervari; necnon Joannem Baptiſtam, ac pro tempore exiſtentem Hoſpitii, ſeu Collegii huiusmodi Superiorem, & Collegiales, ſeu Religioſos praedictos, illis pacifice frui, & gaudere: non permittentes eos, aut eorum aliquos deſuper quomodolibet indebite moleſtari: contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & poenas eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compellendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachii ſecularis auxilio.

§.10. Nos enim Archiepſytero, & Vicario, ac Archiepſcopo praefatis, & eorum cuiſlibet, quocumque moleſtatores, perturbatores, contradictores, & rebelles, etiam per edictum publicum, conſtituto ſummarie de non tuto acceſſu, citandi, eiſque, ac quibus, & quoties inhibendum fuerit, etiam per ſimile edictum quoad Archiepſcopos, & Epſcopos ſub interditi ingreſſus Eccleſiae: quo vero ad alios inferiores, etiam ſub cenſuris eccleſiaſticis, & etiam pecuniariis, eorum arbitrio imponendis, moderandis, & applicandis poenis inhibendi; necnon eos, quos cenſuras, & poenas praedictas incurriſſe conſiderit, eas incurriſſe, ſervata forma Concilii Tridentini, declarandi, ac legitimis ſuper Literis habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & poenas ipſas etiam iteratis vicibus aggravandi, reaggravandi, & interdicens, plenam, & liberam, Motu, Scientia, auctoritate, & tenore praemissis, concedimus facultatem.

Quibus necesse facie conceduntur facultates.

§.11. Non obſtantibus praemissis, ac prae memoria Bonifacii Papae VIII. etiam Praedeceſſoris noſtri, qua cavetur expreſſe, ne quis extra ſuam civitatem, vel dioceſim, niſi in certis tunc expreſſis caſibus, & in illis ultra unam diem a fine ſuae dioceſis ad iudicium evocetur, ſeu ne Iudices a Sede praedicta deputati extra civitatem, vel dioceſim, in quibus deputati fuerint, contra quocumque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere audeant, ſeu praesumant, ac in Concilio generali de duabus dietis edita, dummodo quis ultra tres dietas vigore earundem praesentium extra ſuam civitatem, vel dioceſim ad iudicium non trahatur; necnon quibulvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac diſti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, privilegiis quoque, indul-

Clausula poenales.

Dat. die 4. Dec. 1624. An. II.

tis, & Literis Apoſtolicis, illi, illiſque Miniſtro generali, Provincialibus, Superioribus praedictis, ac aliis perſonis ſub quibulcumque tenoribus, & formis, ac cum quibulvis clauſulis, & decretis in contrarium forſan praemissorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quavis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet, illis aliis in ſuo robore permaſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe, harum ſerie derogamus, ceteriſque contrariis quibulcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diſiſim ab eadem ſede indulgentia, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

§.12. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrae abſolutionis, voluntatis, declarationis, ſtatuti, ordinationis, praecipi, inhibitionis, decreti, & derogationis inſiſtere, vel ei aſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae milleſimo ſexcentefimo vigefimo quarto, prid. nonas Decembris Pontificatus noſtri Anno II.

XCII.

Contra male ad Sacros, vel Minores Ordines, ſeu Clericalem characterem Ordinantes, & male Ordinatos.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cura Pontificum cum Eccleſiae ordinem, ac tranquillitatem tuendi.

Secretis aeternae providentiae conſiliis, nullo noſtrorum ſuffragio meritorum, Speculatores Domus Iſrael in ſublimi Apoſtolutus culmine conſtituti, eo poſſimum pontificiae ſedulitatis officia convertenda eſſe arbitramur, ut qui in ſortem Domini vocantur, Chriſtiae Militiae dant nomen, ſpiritualium Eccleſiae tranquillitatem non perturbent, ſed pacem conſervent, vires augeant, ac tam ſtrenue ſe gerant, ut ipſam terribilem, quaſi caſtrorum aciem ordinatam, infera poteſtates, ac Principes tenebrarum quotidie magis perhorreſcant. Haec autem quanto impenſius fieri optamus, tanto majori indignatione irreligioſam quorundam impudentiam deteſtamur, ac ſacrilegam temeritatem execramur, qui Sacros Canones, Summorumque Pontificum decreta non verentes, Clericales Ordines illegitime ſuſcipiunt, ac dum in Eccleſiaſticorum Miniſtrorum co-

tum per neſas irrepunt, Dei cultui, animarum ſaluti, omnibuſque ad optimum Chriſtiana Republicae regimen pertinentibus, plurimum obeſſe noſcuntur.

§.1. Alias ſiquidem ſel. rec. Clemens Papa IV. Praedeceſſor noſter volens periculis animarum eorum obviare, qui vinculo excommunicationis adſtricti, aut apoſtatae, ſeu irregulares, vel aliis Ordinum ſacrorum ſuſceptione indigni, ſuam patriam, in qua de his haberetur notitia, fugientes, ſe in remotis partibus faciebant ad huiusmodi Ordines promoveri, ſtatuit, ut nullus Epſcoporum Italiae de cetero aliquem ultramontanum Clericum ordinare praesumeret, niſi ab eodem Clemente Praedeceſſore, vel ab Epſcopo, de cujus Dioceſi traxerat originem, ordinandus, vel in cujus Dioceſi beneficiatus exiſtebat, per ejus patentes Literas cauſam rationabilem continentes, quare ipſum nolebat, aut ne quibat ordinare, niſi ſpecialem licentiam haberet, eos vero, quos contra praemiſſa contigerit ordinari, manere voluit abſque ſpe diſpenſationis ſuper hoc a Sede Apoſtolica obtinenda ſuſpenſos, ac ordinantes condigna poenitentia puniri.

Clemens IV. prohibuit, quominus extra ſua Dioceſi abſque Ordinarii ſui Diſiſſimalibus ſerie iniuriaretur.

§.2. Cum autem, non ſine gravi animi noſtri moleſtia, Nobis innoverit, quamplures Ultramontanos ſuae ſalutis immores, Deique timore poſtpoſito, ad Ordines praedictos cum falſis diſiſſimalibus Literis, ſeu etiam titulo patrimonii ficto, vel ſiduciario, ſeu etiam falſo, cum maximo bonorum omnium ſcandalo, ſe promoveri feciſſe, Nos innumeris, quae ex minus canonica Clericorum ordinatione huiusmodi proveniunt, malis, quantum Nobis ex alto conceditur, providere volentes, praedictam Clementis Praedeceſſoris Conſtitutionem, cum omnibus, & ſingulis in ea contentis approbantes, & innovantes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolica poteſtatis plenitudine, Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepſcopis, & Epſcopis in Italia exiſtentibus, tenore praesentium prohibemus, ne quovis praetextu, & ex quacumque cauſa, Hiſpanos, Luſitanos, Gallos, vel Germanos, alioſque quocumque Ultramontanos, & ex quibulvis locis extra Italiam oriundis, non ſolum ad Sacros, ſed neque etiam ad minores Ordines, vel Clericalem characterem promovere audeant, ſeu praesumant, niſi diſiſſimales ſuorum Ordinarius literas a noſtris, & huius Sanctae Sedis Nuntiis, ſeu Collectoribus in illis partibus commorantibus recognitas, & probatas, & ſubſcriptas habeant; eorumdemve Nuntiorum, ſeu Collectorum ſubſcriptiones a dilecto filio noſtro in Alma Urbe Vicario in ſpiritualibus generali ſimiliter examinatas, recognitas, & approbata fuerint, alias promoventes ad annum ab exercitio Pontificalium, promoti vero perpetuae ſuſpenſionis poenam, abſque ſpe diſpenſationis a Sede Apoſtolica obtinenda, incur rant eo ipſo. Insuper promotos huiusmodi, ac etiam eos, qui cum falſis, vel

Urbanus Clementis innovans Conſtitutionem.

Ultramontanos abſque huiusmodi Diſiſſimalibus a Sede Apoſtolica Miniſtris recognitis ordinari in Italia ſub poena ſuſpenſionis verat.

Promotos autem cum falſis patrimonii aliis etiam poenas vult puniri.

O o fictis.

rioris: & ultimo, si aliqua loca superessent, eos qui ex Provincia Ulterioris Calabria orti existerent, in ipso Hospitio, seu Collegio praefertur, & in eventum, in quem dicti haeredes, vel Fratres dicti Hospitii, seu Collegii pro tempore existentes hereditatem huiusmodi cum conditionibus praedictis, & aliis oneribus per ipsum testatorem in iunctis acceptare, vel ea acceptata, conditiones, ac onera huiusmodi adimplere nollent, aut etiam pro una vice in quavis etiam quantumvis minima parte dispositionem testamentaria huiusmodi transgredirentur; tunc, & eo casu etiam voluerit, & mandaverit, ut omni commodo, & beneficio hereditatis praedictae privati remaneret, in eoque Fratres Congregationis Colloreti nuncupatae, sub regula, & Habitu Sancti Augustini militantes, & in provincia Calabriae Citerioris praedictae fundata succederent, eosdem Fratres dictae Congregationis ipsis haeredibus, vel Fratribus Hospitii, seu Collegii huiusmodi in dicta hereditate ex tunc cum eisdem conditionibus, & oneribus substituendo: deinde parochiali Ecclesia Sanctorum Sergii, & Bacchi de eadem Urbe, una cum dilectorum filiorum illius parochianorum animarum cura, per dilectum filium tunc existentem Ministrum generalem dicti Ordinis, a secl. record. Gregorio Papa XV. Praedecessore nostro Ordini praedicto ad effectum Collegium huiusmodi condendi obtenta, idem testator volens per seipsum suam huiusmodi dispositionem ad effectum perducere quodquam palatium in dicta Urbe, & Regione Montium iuxta Monasterium Sancti Petri ad vincula nuncupati situm, una cum viridariis, membris, & pertinentiis suis, a dilecto filio nobili viro Joanne Georgio Casarino Duce Civitatis novae emerit, illudque sic emptum dicto Ordini ad effectum inibi Ecclesiam, & Hospitium, ac Collegium huiusmodi construi faciendi cum onere, quod ipsi Corrector, & Fratres, seu Conventus dictum palatium ad usum Collegii pro habitatione Fratrum d. Ordinis Theologiae operam navantium Nationis Citerioris Calabriae huiusmodi reducere, seu reduci debeant; & in reliquis sub eisdem conditionibus, oneribus, caducitatibus, modoque, & forma in dicto testamento contentis irrevocabiliter inter vivos perpetuo donaverit: subindeque dilectos etiam filios Joan. Baptistam a S. Agatha, & Franciscum de Spezzano, ac Dionysium de Paula, necnon Vincentium de Cusentia, & Laurentium etiam de Spezzano, ac Michaellem a Regina, Paulum de Ruito, necnon Joannem etiam a Regina, & Antonium de Morano Fratres dictum Ordinem expresse professos, & ex Citeriori Calabria huiusmodi oriundos in dicta domo Sancti Andreae tunc commorantes, in actualem, & corporalem possessionem palatii, viridarium, aliorumque membrorum, & pertinentiarum praedictorum introduxerit: ipsique denique sic introducti Superiorum auctoritate Capellam, seu Oratorium sub invocatione

eiusdem Sancti Francisci de Paula in quadam parte eiusdem Palatii existentem, seu existentem ornaverint, & clausuram Conventus appellaverint: illis vero ordinationem ipsius conditionis exactius adimplere desiderantibus, dictus testator, & donator, sicut domino placuit, ab hac vita decesserit, ac post ejus obitum Fratres di domus S. Andreae considerantes, ipsum testatorem, & donatorem Nationis suae Religiosos ex dicto Ordine existentes Collegio huiusmodi honorare voluisse, omniaque ad eorum usum, & utilitatem destinasse, & consequenter sicut onera diversa, sic, & bonorum huiusmodi administrationem eis demandare in animo habuisse, dictumque Joannem Baptistam praedicti Collegii Vicarium deputatum, & pro tempore existentes illius Superiores idoneos, & opportunos dictae hereditatis administratores, & voluntatis eiusdem testatoris, & donatoris diligentes observatores, & exequutores futuros esse perspicientes, de eiusdem tunc existentis Generalis, ac dilectorum similiter filiorum dicti Ordinis, illiusque collegiarum assensu, & cum interventu, & praesentiam dictorum collegiarum, quam etiam dilecti pariter filii nostri Hippolyti Sanctae Mariae Novae Diaconi Cardinalis Aldebrandini nuncupati, moderni eiusdem Ordinis Protectoris, seu ejus Auditoris ad id ab eodem Hippolyto Cardinale specialiter deputati, ac sub nostro, & Sedis Apostolicae beneplacito acceptam per eos dicti testatoris hereditatem, omnique commodum, & incommodum illius, necnon sua, & dictae domus Sancti Andreae iura, & actiones quaecumque eis, & eorum cuilibet quomodolibet attributa, ac competentia, & competitura, cum omnibus, & singulis conditionibus, oneribus, vinculis, & penis in dicto testamento contentis, in praedictum Joannem Baptistam Vicarium pro se, ac successoribus suis, dictoque Collegio, & illius Religiosis acceptantem, & eiusdem Collegii Superiorem, & Collegiales, seu Religiosos praedictos veros, & proprios administratores, procuratores generales, gestores, & agentes totius hereditatis praedictae cum facultate illam regendi, gubernandi, & administrandi, regique, gubernari, & administrari faciendi, necnon Conventum, & Ecclesiam, ac domum Regularem erigendi, & fabricandi, omniaque, & singula faciendi, & adimplendi, ad quae ex dispositione testamenti, & donatione praedictorum obligati fuerunt, constituerint: postmodumque idem Gregorius praedecessor supplicationibus testatoris, & donatoris, ac Joannis Baptistae, & Francisci de Spezzano praedictorum inclinatus, donationem praedictam, ac desuper confectum instrumentum Apostolica auctoritate approbati, & confirmari mandaverit.

Quod Gregorius XV. approbavit.

§. 2. Ac insuper Nos translationem, ac instru-

instrumentum huiusmodi eadem auctoritate approbaverimus, & confirmaverimus, pro ut in testamento, ac instrumentis, singulisque Literis Apostolicis exinde confectis plenius continetur: ex forma vero, & tenore, tam testamenti, quam donationis huiusmodi clare, & manifeste appareat, dictum testatorem Collegium praedictum pro Religiosis suae Nationis tantum, & non pro aliis fundare, & dotare, ac eandem Nationem suam speciali hoc beneficio ad testandam, & declarandam sui erga patriam animi pietatem prosequi voluisse, & Fratres dictae domus Sancti Andreae intentionem eiusdem testatoris, & donatoris talem fuisse existimantes, adherendo ad translationem, & cessionem praedictas sponte, & libenter deveniunt, ac ab eo tempore citra dictus Joannes Baptistam Vicarius, & Franciscus, ac Dionysius, necnon Michael, & Paulus, ac Joannes, & Antonius praedicti hereditatem huiusmodi, illiusque bona, ac dictum Collegium administraverint, & gubernaverint, & licet tam ipsi, quam postea alii Religiosi dicti Ordinis ex dicta Natione oriundi super libero gubernio, regimine, & administratione eiusdem Collegii, & illius bonorum molestari, & in ipso Collegio alii Religiosi, quam ex dicta Provincia Calabriae Citerioris orti recipi, & commorari non posse videatur.

Translatione vero huiusmodi di hereditatis ad Conventum S. Francisci in Regione Montium confirmavit Urbanus Constitutio praecitata.

Officia autem Conventus a solis Calabriae obtinenti posse declarari.

§. 3. Nihilominus, quia successu temporis facile contingere poterit, ut Religiosi aliarum Provinciarum, & Nationum in Collegio praedicto recipi, & ad illius regimen, & gubernium assumi petant, & procurrent: id autem non solum menti, & intentioni dicti testatoris omnino contrarium; sed etiam Religiosis dictae Provinciae Calabriae grave praedictum allaturum esse, exindeque probabile sit, inter Religiosos dicti Collegii rixas, odia, contentiones, & dissidia, aliaque non levia inconvenientia cum gravi status dicti Collegii perturbatione, & forsitan totali illius ruina, & excidio sine dubio passum oritura esse: Nos praemissis inconvenientibus, & incommodis nostrae, & Sedis praedictae providentiae ministerio consultum esse desiderantes, Joannem Baptistam, & Franciscum, ac Dionysium, necnon Vincentium, ac Michaellem, & Paulum, ac Joannem, & Antonium praedictos, aliosque dictae Nationis Calabriae Religiosos sub Regula dicti Ordinis Sancti Francisci de Paula nunc, & pro tempore militantes, specialis gratiae favore prosequi volentes, eosque, & eorum quemlibet a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnon testamenti, & instrumentorum, ac praedictarum Literarum tenores etiam veriores praesentibus pro expressis habentes; Motu nostro proprio, non

ad Joannis Baptistae, aut Francisci, vel Dionysii, seu Vincentii, nec ad Michaelis, vel Pauli, seu Joannis, aut Antonii praedictorum, vel alicujus eorum, aut cujusvis alterius Nobis pro eis oblatae petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione nostra, dictaeque apostolicae potestatis plenitudine, quod ex nunc de cetero perpetuis futuris temporibus dictum Collegium, necnon tam praedictae hereditatis, quam alia Collegio huiusmodi proprietatis iura, & bona universa praesentia, & futura in quibuscumque rebus consentia, & ubicumque existentia, ac etiam officia, & munera tam oneris, quam honoris per Religiosos dicti Ordinis ex Provincia Citerioris Calabriae praedictae nunc, & pro tempore oriundos tantum, dummodo Superiores dicti Ordinis ex Calabria ad regendum, & gubernandum dictum Collegium, ac illius redditus, & bona administrandum idonei reperiantur, & non per alios quarumcumque aliarum Provinciarum, & Nationum eiusdem Ordinis Religiosos, quos ad id omnino incapaces, & inhabiles esse volumus, & declaramus, sub obedientia tamen, visitatione, correctione, & omnimoda superioritate eiusdem tunc, & pro tempore existentis dicti Ordinis Ministri Generalis, regi, gubernari, & administrari.

§. 4. Ac in eodem Collegio nulli alii Religiosi, quam ex dicta Provincia Citerioris Calabriae oriundi, & alii juxta testamenti, & donationis praedictorum formam qualificari, recipi, commorari, alii, & manuteneri possint, & debeant.

§. 5. Et si ullo unquam tempore alios Religiosos, quam, ut praefertur, oriundos ad regimen, gubernium, & administrationem Collegii, ac proprietatum, jurium, & bonorum, necnon officia, & onera huiusmodi etiam per dictum Ministrum Generalem, & Provinciales, aliosque Superiores dicti Ordinis nunc, & pro tempore existentes, seu eorum auctoritate, etiam ex quacumque quantumvis urgenti, legitima, & necessaria causa deputari, & assumi, aut in Collegio praedicto manutendos, & alendos, etiam studii causa mitti, vel in eis consignari, aut deponi contigerit: Religiosi eiusdem Collegii ex dicta Provincia Calabriae Citerioris oriundi ibi pro tempore commorantes illos recipere, & admittere nullatenus teneantur, & si qui aliquando recepti, & admissi fuerint, eos inde dimittere, & expellere possint, & debeant, auctoritate apostolica, tenore praesentium, perpetuo statuimus, & ordinamus.

§. 6. Necnon Ministro Generali, & dilectis filiis Provincialibus, aliisque Superioribus, nunc, & pro tempore existentibus dicti Ordinis in virtute sanctae obedientiae, ne ad regimen, gubernium, & administrationem Collegii, juriumque, & bonorum praedictorum, ac officia, & onera huiusmodi alios Religiosos, quam ex dicta Provincia Calabriae Citerioris oriundos, & ut praemittitur, qualificados, quovis pre-

Aliarumque Provinciarum Fratres ibi veniat commorari.

De Fratribus facultatem ex tunc huiusmodi amovendi.

Dempea Superioribus ordinis secus auctoritate

Beilingerio a Francisco Urbini Duce illius Ducatus Governatore constituo.

XC V. Commissio Berlingerio Episcopo olim Ariminensi generali totius Ducatus Urbini, quoad Dux vixerit ab ipso deputato Governatori, ut eveniente ejusdem Ducis obitu, Possessionem illius Ducatus, Civitatum, & Dominiorum, nomine Sanctae Sedis, & Camerae Apostolicae apprehendat.

Venerabili fratri Berlingerio Episcopo olim Ariminensi.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Venerabili fratri salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Cum dilectus filius nobilis vir Franciscus Maria Urbini Dux provide considerans, Ducatum Urbini, necnon Civitates Senogallien., & Pisaren., necnon Sancti Leonis cum Terra, & Arce Majoli, & totum Statum Montisferetran., aliaque Dominia, Civitates, Oppida, Castra, Terras, Arces, Propugnacula, seu Fortalia, & loca quaecumque etiam speciali nota, & expressione digna in, & sub Statu dicti Ducatus Urbini ad praesens quomodolibet comprehensa, ejus antecessoribus dudum a Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris in feudum data, & concessa, seu alias per eum quomodolibet possessa, per obitum suum sine liberis, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, ob lineam finitam, dum omnibus eorum Territoriis, districtibus, jurisdictionibus, membris, juribus, & pertinentiis universis, excepto Castro Podii Hibernorum, & aliis bonis non feudalis, neque jurisdictionibus relaxatis, & reservatis Francisco Mariae Duci praedicto, ejusque Haeredibus, & Successoribus in Instrumento Concordiae sub die 30. Aprilis proxime praeteriti celebrato, aperta, ac ad Nos, & Romanam Ecclesiam, Sedemque, & Camerae Apostolicam reversura, & devoluta iri, se vero provecta jam etatis existere, necnon mensurabiles dies suos, humanamque vitam in imagine pertranscuntem sibi ob oculos proponens, ut curis aliisque impedimentis secularibus solutus, de substantia sua, quae apud Deum est, tutius adipiscenda solidiori meditationum, piorumque operum exercitio cogitare valeat, Te universalem, quoad ipse vixerit, Ducatus, & aliorum Dominiorum praedictorum Governatorem ad electionem nostram deputaverit;

§.2. Nos sit durante Governatoris hujusmodi munere, eundem Franciscum Mariam Ducem ab humanis decedere contigerit, nihil quod ad muneri nostri partes pro nostrorum, & huius Sanctae Sedis Apostolicae Ditionis temporalis iurium conservatione, prosperoque Ducatus, Civitatum, ac Status, necnon Dominiorum, Civitatum, Oppidorum, Terrarum, Castrorum, Propugnaculorum, Fortalitorum, aliorumque locorum hujusmodi statu, gubernio, atque regimine spectat, praetermittere volentes, ac de singulari fraternitatis tuae fide,

Pontifex committit, ut eveniente Ducis obitu ejusdem Ducatus possessionem nomine S. Sedis apprehendat.

doctrina, integritate, diuque spectata in gravissimis rebus gerendis prudentia plurimum in Domino confisi, Motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine, Tibi per praesentes committimus, & mandamus, ut eveniente, dum Governatoris hujusmodi munere fungeris, ipsius Francisci Mariae Ducis obitu, corporalem, realem, & actualem possessionem Ducatus, Civitatum, Dominiorum, Oppidorum, Terrarum, & locorum praedictorum, eorumque Territoriorum, Districtuum, Jurisdictionum, Castrorum, Fortalitorum, sive Propugnaculorum, membrorum, pertinentiarum, & Jurium quorumcumque Nostro, & Ecclesiae, Sedisque, & Camerae praedictorum nomine, amotis, & expulsis exinde quibusvis detentoribus, sive occupatoribus, per te, seu alium, vel alios tibi beneficos apprehendas, sive a quibusvis aliis in vim facultatum tibi a Nobis desuper alias sub certis modo, & forma tunc expressis concessarum apprehensam recipias, & retineas.

§.3. Necnon a Communitatibus, Universitatibus, Gubernatoribus, Praetoribus, Locatenentibus, Magistratibus, Capitaneis, Colonellis, Castellanis, & aliis quocumque nomine nuncupatis, quacumque dignitate fungentibus Officialibus Ducatus, Civitatum, Dominiorum, Oppidorum, Terrarum, & locorum, aliorumque praedictorum homagia, & fidelitatis Jura menta recipias, signa, vel contrasigna antiqua similiter recipias, mutes, & nova constituas, renoves, & quibus opus fuerit, vel tu expediens judicaveris, tradas, & consignes, ac alios quoscumque actus possessorios, necnon in Ducatu, Civitatibus, Dominis, Oppidis, Terris, & locis, aliisque praedictis quacumque Jurisdictionem civilem, criminalem, & mixtam exerceas, modum, & statum Officiorum, Magistratum tam Optimum, quam Populi, & gubernii temporalis, necnon Custodiae, & Militiarum, Praesidiorumque Ducatus, ac Civitatum, Dominiorum, Oppidorum, Terrarum, locorum, & aliorum praedictorum, prout Tibi videbitur, immutes, ac etiam renoves, & de novo deposes, ad formamque, & methodum regiminis, & gubernii aliarum Provinciarum, Terrarum, & Locorum Status nostri Ecclesiastici redigas: quaecumque statuta, ordinationes, & constitutiones circa praemissa, & alia quaecumque, quae magis expedire judicaveris, condas, publices, & observari facias: necnon, si opus fuerit, quoscumque milites conscribas, & quae pro commeatu, & apparatu necessaria fuerint, undique perquiras, & compares, ac ex quibuscumque locis Status nostri Ecclesiastici convehis, & comportari facias, quaecumque armorum, & belli negocia tractes, congressus militum generales, vel particulares, prout res, & occasio similiter postulaverit, constituas, & impares, quacum-

Et fidelitatis Jura menta ad illius subditis recipiat, & caeteraque hic enunciata exequatur.

cumque expensas, quae in praemissis, & eorum occasione necessariae erunt, nostris, & Camerae Apostolicae praedictae sumptibus facias, & ut hujusmodi expensas facilius facere possis, quascumque pecuniarum summas ad Nos, & eandem Camerae spectantes a quibuscumque Thesaurariis, Datariis, Exactoribus, Collectoribus, Appaltatoribus, Officialibus, & ministris quibuscumque quocumque nomine nuncupatis debitas: necnon etiam a Gubernatoribus Receptoribus, & Locatenentibus Provinciarum, Civitatum, locorum quorumcumque Status nostri Ecclesiastici, ac Depositariis, & exactoribus poenarum, & malefactorum nostro, & dictae Camerae Apostolicae nomine exigas, & recipias, & ipsos solventes de exactis quietes, ac etiam redditus Communitatum, & Universitatum, ac Civitatum, Terrarum, & Locorum ejusdem Ducatus Urbini recipias, & ex ipsis Camerae, Communitatumque, & Universitatum redditibus sumptus hujusmodi facias: de quibus tamen nullam Nobis, aut Romanis Pontificibus Successoribus nostris, aut pro Nobis, & eis dictae Camerae, aut S. R. E. Camerario, Praesidentibus Clericis, vel aliis quibuscumque Sedis, & Camerae apostolicae ministris, aut S. R. E. Cardinalium Collegio, ullisque aliis unquam nominatim, vel in specie rationem, aut administrationis computum reddere tenearis, nec ad id cogi, aut compelli possis: & nihilominus si tu rationem, aut administrationis computum reddere volueris, expensas hujusmodi per te, ut praefertur, faciendas, tanquam de expresso ordine, & mandato nostro factas, ac veluti si a Nobis ipsis factae fuissent, tibi sine ulla prorsus oppositione, aut partitarum per te dandum rejectione, aut in dubium revocatione, bonas fieri, & in ejusdem Camerae Apostolicae libris describi, adnotari, & acceptari debere volumus, & expresse ordinamus, & mandamus.

§.4. Ut vero omnia, & singula, quae ad praemissa pertinent, summa, ut decet, auctoritate percipiantur, & pari celeritate debite executioni demandentur, omnibus, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, necnon Praesidentibus Gubernatoribus, Praefectis, eorum locatenentibus, Praetoribus, & aliis quocumque nomine nuncupatis Officialibus, & ministris, quavis potestate, auctoritate, & privilegio suffultis, & quibuscumque etiam a Nobis, & apostolica sede, seu camera apostolica immediate deputationem habentibus, seu dependentibus, necnon Baronibus, Domicellis, Comitibus, aliisque etiam ducali, Marchionali, vel alia dignitate insignitis, Communitatibusque, & Universitatibus, & hominibus quarumvis Provinciarum, Civitatum, Terrarum, & locorum Nobis, & S. R. E. mediate, vel immediate subiectorum, & omnia, & quaecumque occasione praemissorum, quae tibi necessaria, & opportuna visa fuerint, & toties quoties volueris, mandes, jubeas, & imperes, ac

Ad quae praefanda necessariae ei facultates concedit.

etiam S. R. E. Cardinalibus, etiam de latere Legatis rogando injungas: omnes vero, & singulos Barones, Domicellos, comites, aliosque Ducali, & Marchionali, vel alia dignitate praeditos, & quaslibet alias singulares personas, etiam ecclesiasticas, tam seculares, quam quorumvis Ordinum, seu Militiarum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani regulares, ita tamen ut contra eosdem Ecclesiasticos, non nisi personas in dignitate ecclesiastica constitutas per te semel, vel pluries, etiam iteratis vicibus deputandas procedatur, si quae mandatis, jussis, & monitionibus tuis obtemperare, recusaverint, aut illis quoquo modo contradixerint, vel sese opposuerint, tanquam nostris, & apostolicis mandatis, jussis, & monitionibus parere recusantes, illisque contradicentes, ac se opposcentes nostros, & S. R. E., ac Sedis Apostolicae rebelles, declares, & publices, ac contra illos summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu & figura Judicii, manu regia, nullo Juris ordine servato, nec aliquo formato processu, more militari, aut Jure belli ad privationem officiorum, Feudorum, & bonorum quorumcumque etiam allodialium per eos in quibuscumque locis possessorum, seu quovis modo obtentorum respective, omni, & quacumque appellatione, & recurso postpositis, procedas, & ubi iustitia ita exegerit, & ordo distaverit rationis, seu cum ita expedire judicaveris, eosdem Contradictores, & rebelles quacumque pecuniaria, vel corporali, ac etiam ultimi supplicii poena affici facias, ac etiam contra eosdem tam pro praemissis, quam pro aliis quibuscumque ab eis patris criminibus, & delictis simili modo, & forma procedas, cum facultate quocumque ex his respicientes, & veniam postulantes, ac de caetero a similibus abstinere proponentes, etiam post condemnationem, & in ipso iustitiae actu, seu poena executione absolvendi, ac poenas quascumque eis remittendi, & condonandi, eosque, ac quoscumque alios a quibusvis gravissimis, & capitalissimis causis, & delictis bannitos, & condemnatos, habita tamen prius ab offensis pace, & praeterquam quoad bona Fisco incorporata, liberandi, & gratiandi, ac in pristinum gradum, & dignitatem, ac eum, in quo antea erant, statum restituendi, reponendi, & plenarie reintegrandi, salvos conductus ad tempus, vel in perpetuum iis, quibus tibi videbitur concedendi, & generaliter omnia, & singula ad statum, gubernium, regimen, & administrationem Ducatus, Civitatum, Dominiorum, Oppidorum, Terrarum, locorum, aliorumque praedictorum, necnon Arcium, Propugnaculorum, & Fortalitorum custodias, populorumque pacem, & quietem, ac annonae abundantiam spectantia, ac tam gratiam, quam Iustitiam concernentia, etiam si talia sint, vel fuerint, quae sub generali verborum significatione non veniant, sed specialibus indigerent vocabulis, & speciali nota digna essent, specialemque, & expressam requirerent mentionem.

tionem, facias, dices, geras, & exequaris: ac in omnibus, & singulis premissis quarumcumque personarum etiam ecclesiasticarum, Regularium quorumcumque Ordinum, etiam quacumque dignitate, etiam episcopali, vel majori fulgentium operataris, easque cum facultatibus per te illis prescribendis subdeleges, ita tamen, ut de gestis, & exequitis per te, aut mandato tuo per quoscumque alios tu, vel illi Nobis, aut Romanis Pontificibus Successoribus nostris, aut S. R. E. Cardinalium Collegio, vel quibuscumque aliis, ut presertur, preterquam soli Deo rationem aliquam ullo unquam tempore reddere minime teneamini, neque ad id cogi, vel compelli possitis. Insuper Civitatis, Oppidi, Terra, Castri, vel loci, in quo, seu qua te tempore obitus dicti Francisci Mariae Ducis esse contigerit, corporalem, realem, & actualem possessione solum per te ipsum, aliis tamen modo, & forma premissis capias, & apprehendas, etiam private quoad diversas alias expressas personas, quibus similes pro premissis peragendis facultates pariter concessimus, quas quidem facultates eisdem personis quoad hoc suffragari nullo modo volumus: super quibus omnibus, & singulis plenam, liberam, absolutam, & omnimodam facultatem, potestatem, & auctoritatem tenore presentium tibi concedimus, & impartimur.

Preceptum de illi patendo.

§.5. Injungentes propterea eisdem Cardinalibus de Inter Legatis, ac mandantes Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis predictis sub interdito ingressus Ecclesie, ac suspensionis a divinis, & tam iis, quam quibuscumque Gubernatoribus, Praesidentibus, Locatentibus, Pratoribus, necnon Thesaurariis, Dataris, & Exactoribus, Collectoribus, Appaltatoribus, & aliis Officialibus, & ministris, quibuscumque nominibus nuncupentur Sedis, & Camerae predictarum in Statibus nostris predictis existentibus; Baronibus quoque, Domicellis, Ducibus, Marchionibus, necnon Communitatibus, Universitatibus, & hominibus quibuscumque, ac etiam Ecclesiasticis secularibus, & regularibus personis predictis, demumque universis, & singulis subditis nostris immediatis, & mediatis in virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis nostrae, necnon rebellionis, ac etiam excommunicationis latae sententiae poenis, ut tibi in omnibus, & per omnia, quacumque excusatione, tergiversatione, & impedimento remotis, prompte parent, obediant, & assistant, tuaque iussa, monita, & mandata aequae, ac nostramet, ea qua decet obedientia, & fide exequantur, & adimpleant, alioquin sententiam, sive poenam, quam te tuleris, seu statueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Camerario vero, Thesaurario Generali, & Praesidentibus Clericis, aliisque Camerae Apostolicae praedictae ministris, ut impensas hujusmodi per te faciant, & illarum partitas per te, si tu expen-

sarum rationem, ut praesertur, reddere volueris, exhibendas in eisdem Camerae Apostolicae libris describant, & accipiant, & bonas faciant.

§.5. Non obstantibus fe: rec. Pii IV. de gratis interesse Camerae Apostolicae concernen. in eadem Camera intra certum tunc expressum tempus praesentandis, & registrandis, ac Sixti V. Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum contra bannitos, & alios facinorosos editis, necnon aliis apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac Ducatus, Civitatum, & aliorum locorum praedictorum, etiam Juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis quibuscumque personis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores praesentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 27. Decembris 1624. Pontificatus nostri Anno II.

Dat. die 27. Dec. 1624. An. II.

XCVI.

Facultas Nuntio Apostolico inferioris Germaniae exhibendi habitum Militiae Christianae tribus personis per Consilium ejusdem Militiae nominandis.

Ex Regest. in Secret. Breve.

Ven. fratri Petro Aloysio Episcopo Tricariceno. Nostro, & Sedis Apostolicae in partibus inferioris Germaniae Nuntio.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. frater salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Nuper supplicationibus dilectorum filiorum Nobilium virorum Ferdinandi Mantuae, ac Caroli Nivernen. Ducum, nec non Adulphi Comitum de Althan Nobis humiliter porrectis inclinati, unam Militiam Christianam sub titulo Conceptionis Beatae Mariae Virginis Immaculatae apostolica auctoritate creximus, & instituimus, illique sic erectae, & institutae privilegia, gratias, & Indulta concessimus, aliaque in Militiae hujusmodi favorem fecimus, statuimus, & ordinavimus. prout in nostris desuper sub Plumbo expeditis literis plenius continetur.

Recentet institutum a te Militiae Christianam.

§.2. Quare cupientes, ut ii, qui peculiariter erga fidem catholicam devotione ducti habitum per dictam Militiam fratres gestari solitum suscipere, & professionem per eos emitti consuetam, suo tempore expresse emittere voluerint regulares, desiderii sui compotes fieri facilius valeant, quantum cum

Facultatem Nuntio Apostolico tribui de qua in Rubrica.

cum

cum Domino possumus, opportune providere, nec non Literarum praedictarum tenores praesentibus pro expressis habentes, supplicationibus etiam Ferdinandi, ac Caroli Ducum, necnon Adulphi Comitum praedictorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Fraternitati tuae, sive a te deputandis, ut tribus personis qualificatis infra limites tuae legationis existentibus a Consilio ejusdem Militiae nominandis nostro tamen, & S. R. E. temporali dominio non subditis, habitum praedictum servata in omnibus, & per omnia Constitutionum ejusdem Militiae apostolica auctoritate confirmatarum forma exhibere, seu exhiberi facere, ipsique personis, ut habitum praedictum suscipere, & professionem hujusmodi suo tempore expresse emittere libere, & licite possis, & valeas, ac possint, & valeant, apostolica auctoritate, tenore praesentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

Derogat obstantibus.

Dat. die 30. Dec. 1624. An. II.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 30. Decembris 1624. Pontificatus nostri Anno II.

XCVII.

Confirmantur Constitutiones editae pro Collegio Hibernorum Lovanii erecto.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Editas pro Collegio Lovaniensi Constitutiones.

§.1. Cum, sicut pro parte dilectorum firiorum Rectoris, & Alumnorum Collegii Hibernorum nuncupati nuper in Oppido Lovanii Meclinien. Diocesis per Nos apostolica auctoritate erecti, Nobis nuper expositum fuit, pro felici prosperoque ipsius Collegii regimine, & gubernio nonnullae regulae, constitutiones, & statuta edita fuerint, ac pro inviolabili eorum observatione plurimum cupiant illa apostolicae nostrae confirmationis robore communiri.

Confirmat Pontifex.

§.2. Nos Rectoris, & Alumnorum praedictorum votis hujusmodi, quantum cum Domino possumus annuere, illosque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotio propaganda in universum mundum fidei praefectorum, quibus Regulas, Constitutiones, & statuta hujusmodi examinanda demandavi-

mus, consilio, Regulas, Constitutiones, & statuta praedicta apostolica auctoritate, tenore praesentium perpetuo approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robor adiacimus, ac omnes, & singulos, tam Juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplementus.

Et praecipit observari.

§.3. Nec non Regulas, Constitutiones, & statuta hujusmodi in praedicto Collegio ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari debere: irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogat contrariis.

§.4. Non obstantibus constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 13. Januarii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

Dat. die 13. Januar. 1625. An. II.

XCVIII.

Congregationi Oratorii D. N. J. C. Parisiis erectae communicantur Privilegia Congregationi Oratorii a B. Philippo Romae instituta a Romanis Pontificibus concessa.

Ex Regest. in Secret. Breve.

URBANUS EPISCOPUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Sacro sanctum apostolatus ministerium, quod ineffabilis divinae sapientiae providentia humilitati nostrae, nullo licet meritum suffragio, credit, jugiter postulat, ut Catholicae Religioni, divinique cultus augmento, & animarum salutis indefessis studiis consulentes, piisque Christianifidelium votis ad ea tendentibus, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuentes, personarum ecclesiasticarum quarumlibet vota Religionis propagationem, & augmentum concernentia ad exauditionis gratiam admittamus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Proemium.

§.1. Sane dilectus filius Petrus de Berulle Praepositus Generalis Congregationis Oratorii Domini Nostri Jesu Christi nuncupatae Parisien. Nobis nuper exponi fecit, quod dilecti filii Presbyteri, ac Clerici ejusdem Congregationis, quae Congregationi Oratorii B. M. in Vallicella etiam nuncupatae de Urbe a S. Philippo Nerio fundatae admodum conformis est, Sacramentorum ecclesiasticorum administratione, assidueque verbi Dei praedicationibus, & aliis spiritualibus exercitiis cum magno spiritali Christianifidelium illarum partium fructu sedulo se se exercent.

Causae petendi, obtinendique privilegia.

§.2. Quare Nos, ut Presbyteri, & Clerici praedicti in hujusmodi piorum operum exercitio magis confoveantur, felicioribusque in dies proficiant incrementis, opportune providere, dictumque Petrum, ac Presbyteros, & Clericos praefatos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, &

Communicatio privilegiorum, de qua in Rubrica.

co-